

Ibi: Imò ut cumque Bartoli sententia.

17 Prædictum jus offerendi datur etiam successori singulari ejus, qui melioravit, cui & jus retentionis est, si oblationi locus non sit; Marefcot. ex pluribus, d. cap. 112. n. 7. 16. Trentacinq. d. lib. 3. resol. 1. de pignor. col. 5. v. Jus istud retentionis. Boer. dec. 44. n. 14. 19. Tiraq. de retract. convent. §. 7. gloss. 1. n. 15.

Ibi: Quibus accedit pulchra questio.

18 Socini sententia ab omnibus rejicitur, certum enim est, possessorem, qui meliorationes non fecit, audiendum non esse, etsi offerat rei, de qualis est, æstimationem, si hæc non sufficiat ad plenam debiti, & interesse satisfactionem; Cyriac. dict. controu. 194. n. 6. Morot. n. 68. 69. Curti. de oblation. p. 2. q. 11. n. 14. 15. Franch. d. decis. 38. n. 1. Pacific. inspect. 5. cap. 1. n. 27. Marches. de Salvian. interd. par. 2. q. 16. n. 2. Garcia d. cap. 18. n. 83. Merl. dict. 19 quest. 81. à n. 4. Nam ea est hypotheca natura, ut nisi toto, quod debetur, soluto, nequeat liberari; l. si rem alienum 9. §. omnis, ff. de pignor. action. Carlevald. de judic. tom. 2. tit. 3. disp. 22. num. 4.

Ibi: Quam ob rem justius erit.

Vide quæ diximus supra, à num. 13.

Ibi: Compensatione harum.

20 Fructus post litem contestatam à possessore percepti cum sumptibus debitis ratione melioramentorum debent compensari; Cyriac. to. 1. controuers. 195. n. 6. Barz. decis. 124. in fine, Magon. decision. Florent. 51. nu. 4. vers. Actore autem, Scapucin. de Salvian. int. lib. 2. quest. 24. n. 8. Quod proculdubio verum est quoad fructus ex re ipsa meliorata perceptos, nam provenientes à melioramentis, ad eum qui fecit, adhuc pendente judicio, spectant, Marefcot. dict. cap. 112. n. 54. Escobar. de ratiocin. comput. 12. n. 7. quod ex dicendis statim apertius constabit.

Ibi: Quod si creditor.

21 Assentit in præsentem D. Covarr. illis, quæ dicta fuere supra, nu. 15. pro conciliandis ipsis, ac Bartoli contrariis opinionibus, videlicet unamquamque admittendam, prout æquitas postulaverit; si quidem fateatur, Bartoli sententia utendum esse, quoties creditor expensas meliorationum reddere recusat; quoniam æquum est.

Ad Num. 4.

Quod malæ fidei possessor teneatur restituere fructus etiam ex meliorationibus, quas fecit, perceptos cum D. Covarr. sentiunt Menoch. de adific. remed. 15. n. 609. Molinæus in consuetudin. Pariensib. tit. 1. gl. 5. n. 84. 85. Negusant. dict. part. 5. memb. 4. n. 20. Capyc. decis. 92. n. 10. Valasc. de jur. emphyteut. quest. 25. nu. 26. Barbof. in dict. l. divorzio, §. fin. nu. 52. 53. Hieron. Gab. conf. 151. Thom. Sanch. oper. moral. tom. 1. lib. 2. cap. 23. nu. 105. Gregor. Lop. in l. 41. gloss. 5. in fine tit. 28. p. 3. Lugo de just. & jur. tom. 1. disp. 17. sect. 3. n. 60. qui ferè omnes docent, talem possessorem non teneri ad fructus, quos ex meliorationibus potuit percipere; neque ad perceptos ex rebus, quæ solo non coherent, sed tantum sunt affixæ, ut fenestræ, lapides pretiosi, & alia hujusmodi; nam si domus, quæ loca-

batur centum aureis, propter hæc centum & viginti reddat, viginti malæ fidei possessor sibi percipiet, Molin. de just. & jur. tom. 3. disp. 725. n. 22. sequitur Sanch. dict. 105. & 123. Ratio præfata conclusionis est, quod in alieno meliorationis sciens facit, videtur donare, illaque prorsus cedunt domino rei melioratæ l. adeo 7. §. ex diverso, ff. de acquir. rer. dom. l. si is 5. C. de adific. privat. Andr. in addit. ad Speculator. tit. de præf. §. species, n. 5. v. In prædictis, qui rectè docet, hanc esse juris, & de jure præsumptionem, Marefcot. d. cap. 112. n. 10. quare naturali ratione possessor eos fructus tanquam ex re aliena perceptos mala fide, debet restituere, l. & ex diverso 36. ff. de rei vindic. l. si & me 32. ff. de reb. credit.

Contrarium placet Guttierr. practicar. lib. 3. q. 24. 68. n. 17. Garc. d. cap. 13. n. 50. Gamm. decis. 364. n. 2. & fin. Joseph. Ludovic. Lucens. decis. 7. n. 12. part. 1. Mieres de majorat. 4. p. q. 32. nu. 5. Boer. familiar. quest. 19. nu. 3. Loriot. in l. fructus, in fine, ff. de reg. jur. Joan. Cop. de fruct. lib. 2. tit. 4. n. 4. Tiraq. de retract. consanguin. §. 1. gloss. 15. n. 29. Escobar. dict. comp. 13. per totam, Anton. Gom. Lusitan. d. cis. 93. & 364. Franch. decis. 191. n. 11. Afflic. decis. 86. n. 6. Cavalcan. decis. 28. n. 8. in addit. p. 1. Addit. ad oliban. de action. p. 2. lib. 1. cap. 6. n. 18. Mich. Salon. 2. 2. quest. 62. artic. 6. controuers. 3. in fine, Sayr. in clau. Reg. lib. 10. tract. 2. cap. 3. n. 2. in fin. quorum plures affirmant, usu ita receptum, maximè apud Hispania Tribunalia: Fundatur hæc sententia, quia fructus hi proveniunt sumptibus, ac cura possidentis, cui potius, quàm domino rei principalis deberi illos, æquitas suadet: sed prima magis convenit juris principii, ubi possessor ab initio malam fidem habuit, tempore, quo melioramenta faciebat; nam si postea superveniat scientia rei alienæ, secunda opinio erit admittenda, cum meliorationum, è quibus fructus nascuntur, dominium non amittat, quanquam avellere eas, si impensæ solvantur, non valeat; Marefcot. sup. n. 54. Cyriac. d. controuers. 83. n. 7. & alii plures allegati sup. n. 9. & licet mala fides obstat ad acquirendos fructus rei principalis, l. bona fidei 48. §. 1. ff. de acquir. rer. dom. non impedit, ut ex suis meliorationibus utilitatem possessor capiat, Escob. nu. 5. qui num. 7. idem tenet post litem contestationem, ut dixi.

Vers. Quid igitur.

Circa idem est dubium, quoad bonæ fidei possessionem, nam eum debere fructus ex suis meliorationibus perceptos restituere, existimant Greg. Lop. in dict. l. 41. gloss. 5. per textum ibi, Lug. sup. n. 51. Sanch. d. c. 23. n. 147. Petr. Barbof. in d. l. divorzio, nu. 42. 51. in fine & 52. Hieronym. Gab. dict. conf. 151. nu. 9. lib. 1. & alii, qui distinctionem non admittunt inter fructus ex re principali, ac ex melioramentis perceptos.

Adversum quos tenent omnes, quos pro ultima opinione nuper laudavimus; nam cum illis placuerit posse malæ fidei possessorem suarum meliorationum fructus lucrari, à fortiori idem, ubi bona fides patrocinatur, dicere necesse est; ultra quos idè defendunt Cyriac. d. controuers. 83. n. 7. Marefcot. d. cap. 112. n. 52. 53. Bald. & Angel. in l. ceterum, ff. de rei vindic. Negusant. dict. part. 5. memb. 4. nu. 20. Franch. decision. Neapolit. 191. nu. 11. Tiraquel. de retract. lignag. §. 15. gloss. 1. nu. 20. Beronius in cap. 1. nu. 24. de usur. Surd. decis. 282. nu. 30. Put. decis. 276. Rota decis. 294. p. 1. Redoan. de reb. Eccl. pag. 411. Quod procedit etiam post litem contestatam, ut bene probat Marefcot. n. 54. cum sequentibus, Escobar. nu. 5. &

5. & hæc æquior, ac communior dixit de majorat. part. 4. quest. 32. n. 5. Quod adeò verum est, ut si res sterilis possessoris sumptibus fiat fructifera, omnes fructus ad ipsum pertineant. Marefcot. num. 57. Afflic. decis. 87. num. 7. Valasc. de jur. emphyteut. quest. 25. n. 26. Cyriac. ubi proximè, Cavalcan. decis. 28. in addition. num. 8. Escobar. num. 2. Boer. familiar. quest. 19. n. 3. Jul. Clar. §. emphyteosis, quest. 45. num. 2. Philip. Porti. conf. 92. num. 105. De compensatione fructuum cum expensis meliorationum, Marefcot. dict. capit. 12. num. 52. Escobar. dict. comp. 13. num. 7. Cyriac. dict. num. 7. Quomodo autem, & juxta quod tempus fieri debeat melioramentorum taxatio, latè Marefcot. cap. 114. per totum, Rota decis. 116. part. 6. 29 in recent.

Ad Num. 5.

Patri in bonis adventitiis filiiam, in quibus usum fructum habet, plenissima est concessa administrandi facultas, tantum alienatione interdicta adeò ut filio proprietario vindicatio permittatur adversum rerum suarum possessores, non discussis bonis parentis, qui alienavit, ita communiter receptum est per 30 l. 1. C. de bon. matern. & l. cum oportet. 6. C. de bon. qualibet. Merlin. de legitim. lib. 4. tit. 2. q. 7. n. 19. Costa. de port. rat. quest. 148. Ant. Gom. var. lib. 2. c. 14. n. 13. & in l. 47. Taur. n. 15. Gregor. Lop. in l. 24. gl. 9. tit. 13. part. 5. Gomez. Vaio in praxi, lib. 2. q. 75. Pinel in dict. l. 1. part. 3. n. 74. & in auth. nisi tricennale, n. 44. 45. eod. tit. Bartol. in l. si constante, n. 63. ff. sol. matrim. Franch. decis. 10. n. 11. vers. Aut non cadit, Castil. de usuf. l. 1. c. 3. num. 8. cum seq. Menoch. conf. 289. n. 33. 34. ubi alios refert.

Ex qua libera administrandi facultate provenit, ut rationem reddere administrationis pater non teneatur Guttierr. de tutel. part. 3. c. 1. n. 24. Escob. de ratiocin. lib. 1. c. 9. n. 13. Speculat. tit. de instrum. editi §. fin. vers. Quid in patre. Nec facit inventarium sed simplicem bonorum descriptionem absque solemnitate, Guttierr. sup. cap. 4. n. 2. Ant. Gom. dict. n. 13. nisi dolosè verferet; nam tunc rationes reddit, Guttierr. ex aliis, d. cap. 1. n. 25. similiter fatidare non compellitur. Cancr. variar. part. 1. c. 1. n. 44. Lug. sup. disput. 5. sect. 2. n. 25. Sanch. consil. moral. lib. 1. c. 2. dub. 6. n. 1. ubi alii.

32 Sed ex dict. l. 14. Partite, quæ desumpta videtur à d. l. 1. C. de bon. matern. infurgit non levis difficultas; quatenus expressè probat, filium non posse agere in tertium possessorem pro rebus per patrem alienatis, nisi in subsidium, quando ex paterna substantia non potest consequi earum æstimationem; quod adversatur d. l. 1. secundum ab omnibus receptam interpretationem; quare Greg. Lop. quatuor tradidit intellectus ad eam constitutionem Regiam in dict. gl. 9. quos ipse divinatorios, aut improbables ingenuè fateatur; Ant. Gom. difficultatem proposuit, & solutionem cogitandam reliquit in de. l. 47. n. 16.

33 At si in re tam obscura hallucinari liceat, dicendum videtur, textum in d. l. 1. agere de patre, qui alienavit bona filii tanquàm propria, quod palam ostendunt illa verba constitutionis: Doctre enim pater debet proprii juris eam rem esse, quam donat aut distrabit. Si enim re ut alienam, idest, filii distraheret; necesse non erat proprii juris esse manifestare, sed ad filium pertinere. Regia verò lex intelligenda est; cum pater veluti legitimus bonorum filii administrator aliquid ex eis alienat. Primo casu filius directè potest possessorem convenire sine discussione facultatum patris, quoniam talis alienatio est interdicta, in d. l. 1. & sic nulla; ut omnis actus contra leges factus, l. non dubium, C. de legib. Secundo autem casu, prius sunt pa-

tris bona discutienda, quia ipsi ut legitimo administratori permillum est, bona filii ejus nomine alienare, etiam immobilia propria, autoritate ut proximè dicitur; tamen justa causa necessitatis desideratur, & qualis sufficiat ejusdè patris arbitrio relinquatur; quo casu prius ex mala administratione ad facultates paternas, quàm ad tertios possessores, quibus nihil imputari potest, deveniendum est; argumento legis, properandum, §. fin. C. de judic. & hoc modo intellecta d. l. 24. Partite non refragatur Cæsareæ constitutioni, ac juri communis correctio evitatur. Pro qua distinctione facit l. cum emancipatis 3. C. de prædictis minor.

Ad Num. 6.

Hæc resolutio, quod pater legitimus administrator bonorum filii minoris sub sua potestate constituti, in quibus usum fructum habet, potest sine decreto alienare immobilia ex causa necessaria, est receptissima, quam probant Greg. Lop. in dict. l. 24. gl. 5. Ant. Gom. dict. cap. 14. n. 13. vers. Primo extende, Pinel. ubi supr. part. 3. à n. 21. Mascard. de probat. conclus. 1149. n. 18. Menoch. de arbitrar. lib. 2. cas. 171. n. 54. & conf. 279. n. 45. Trentacinq. var. lib. 2. resol. 9. de minorib. n. 10. Guttierr. de tutel. part. 2. c. 5. n. 22. vers. Non tamen procedit, Caldas in l. si curatorem verb. Contractum fecisti, n. 5. vers. Sin. autem, C. de integ. restit. Octav. Simoncel tractat. de decret. in alienat. bonor. minor. lib. 3. tit. 8. n. 9. Parlad. differ. ent. 123. n. 9. Castil. de usuf. lib. 1. cap. 3. n. 70. Merlin. de pign. lib. 3. q. 17. num. 16. Lug. dict. disp. 5. sect. 2. n. 25. Afflic. decis. 393. n. 2. Craver. conf. 74. n. 1. Cevall. tom. 2. q. 780. n. 184. ubi ait; posse patrem sine decreto vendere filii bona ad se ipsum alendum, si egeat; per textum in l. ult. §. ipsam autem C. de bon. que liber. Surd. de aliment. tit. 8. privil. 37. à n. 4.

35 Quod secus est, si pater legitimus sit tutor, vel curator filii emancipati, aut si bona administrator ejus quem in potestate habet, quorum usum fructum ad se non pertinet, nam ad alienationem immobilium indiget judiciali decreto, l. si pupill. 7. §. 1. vers. Si pater. ff. de reb. eor. d. l. cum emancipatis, Menoch. d. n. 35. Caldas, Guttierr. Ant. Gom. Pinel. & alii proximè allegati: Montan. de tutel. c. 33. n. 486. Cardos. in prax. judic. verb. Fundus, n. 8. Et causam justam alienandi emptor probare tenetur in casu præcedenti, Pinel. n. 23. Guttierr. d. vers. Non tamen, in fine, Galganer. de tutel. lib. 4. q. 42. num. 3.

Illud hic adnotare oportet, Filiumfam. cui pater est legitimus administrator, bonorum, in quibus usum fructum habet, tacita ubi hypotheca adversus paternam substantiam, si dolosè aliquid gestum fuerit, aut alienatum sine justa causa; sed quando sola negligentia filio nocitum est, actio hypothecaria denegatur. Quo pacto conciliantur jura in l. cum oportet 6. §. non autem, & fin. C. de bon. q. lib. quæ inter se videntur opposita; atque ita decent Ant. Gom. in d. l. 47. n. 15. Cyriac. controuers. 282. n. 22. tom. Negusant. part. 2. memb. 4. n. 13. Argel. de acq. poss. quest. 83. art. 18. n. 29. Gamma decis. 331. n. 2. Valasc. de partition. cap. 18. n. 35. 36. Mantie. dict. lib. 11. tit. 26. n. 19. Tuchs. lit. A concl. 207. n. 3. 4. Castil. decis. Sicil. 221. n. 4. 5. Guttierr. d. part. 2. cap. 16. n. 25. Pinel. in d. l. 1. part. 2. num. 33. Merlin. dict. 37. q. 17. per totam. Quæ hypotheca onitur ex quo suscepta est administratio, non à die que cepit pater perperam administrare, d. §. fin. legis, cum oportet, Negusant. n. 17. 18. Guttierr. n. 27. in fine, Rebus. ad constitution. Gallie. de redditibus, art. 1. gloss. 14. n. 17. in fine, Surd. dict. tit. 8. privil. 49. n. 18. Molin. de just. & jur. disp. 536. n. 12. Merl. num. 13. Sed

Sed tamen pro concordia predictorum textuum, magis congrua videtur solutio Gloſſæ in d. ſ. non autem, dum docet, eum textum eſſe intelligendum de hypotheca expreſſa, id eſt, de cautione hypothecaria; quam ideo Imperator hypothecam appellat, quia quoties à lege cautio deſideratur, intelligitur cum hypotheca bonorum; Felin. in c. ad noſtram, n. 9. de iure iur. Socin. in l. 1. n. 12. ff. qui ſaris d. cogant. Merl. ſup. l. 1. tit. 1. q. 4. n. 8. At in d. ſ. fin. eſt ſermo de tacita hypotheca, quam habent filii in bonis patris, quoties hic ex mala adminiſtratione obligatur; ut docent ſine diſtinctione, Flor. de Men. var. l. 1. q. 6. art. 3. n. 5. Rot. apud ſeraphin. decif. 1290. n. 1. & alii, & conſtat ex traditis per Merl. d. q. 17. n. 4. & 16. ſed pater ex ſola negligentia nec actione aliqua personali tenetur, ut notant DD. ſupra laudati, Merl. n. 3. Guttier. n. 25. Imò ſi dilapidet bona in modica quantitate, de ea non curatur, Guttier. de jurament. confirmator. part. 1. c. 4. n. 20. Lug. d. diſp. 5. num. 25. Salicet. in l. filia cuius, n. 24. C. ſam. erciſcund. Sanch. diſt. cap. 2. dub. 11. num. 2.

Verſ. Eſt & alia.

De intellectu, ac conciliatione d. l. 24. Partita, ac d. l. 1. actum eſt ſupra, n. 33. quæ ſi placuerint, non eſt opus correctionum juris communis cum D. Covarr. admittere.

Verſ. Sapientiſſimè tamen controvertitur, & n. 7.

38 Valde controverſum eſt, an vindictio d. 1. conceſſa filii ad recuperanda bona adventitia per patres alienata, locum habeat, adhuc vivis alienatoribus, vel ſit eorum mors expectanda? & ante mortem parentum filios agere non poſſe, docuere Bart. in d. l. ſi conſtante, n. 63. ff. ſol. matrim. Crotus ibi lecti. 2. n. 118. Bell. conſ. 24. n. 5. Egea de pact. n. 213. Valaſc. conſ. 69. n. 16. Neguſant. p. 5. memb. 4. n. 15. Gratian. diſceptat. forenſ. cap. 401. n. 2. Rota apud Merl. de pign. decif. 36. n. 9. cum ſequent. quibus aperte favet d. l. 24. Part. quam ita tenent Greg. Lop. ibi gloſſ. 7.

39 Gomez Vaio d. q. 75. n. 4. Ratio eorum eſt, nam filius, dum factum patris retractat, illius caſtigat, ſive reprehendit ſic, quod jura deſcendant; aub. de nup. ſ. ſed quod ſancitum, collat. 4. Argel. d. q. 8. art. 20. n. 26. Merl. diſt. queſt. 17. n. 3. Quam ſententiam limitant, qui ipſam defendunt. Primo, ſi filius, vivo patre, poteſtatis vinculo liberetur, nam ſi agere ſtatim poterit; Gregor. Lop. d. gloſſ. 7. Rota ibidem n. 11. & alii ex præallegatis. Secundo, ſi ex dilatione agendo immineret periculum amittendæ rei alienatæ, veluti ſi eſſent mobilia, maxime quando non eſſet ſpes conſequendi æſtimationem ex patris facultatibus, argumento l. Imperator 50. ad Trebel. Aretin. conſ. 72. in quarto queſito, Socin. conſ. 34. n. 12. lib. 2. Franch. decif. 10. n. 11. verſ. Ant. non cadit. Rota ubi proximè n. 9. 10. ad idem facit Greg. Lop. gloſſ. 12. in l. 2. tit. 2. p. 5.

40 Tamen quod filius etiam ſub poteſtate conſtitutus, poſſit ſtatim alienata per patrem revocare ante mortem ipſius, probant Bald. in l. fin. ſ. in computatione, n. 7. C. de jure deliber. Corn. ibi, n. 6. Jaſon. conſil. 56. col. 3. v. Confirmatur, l. 3. Pinel. in d. l. 1. p. 3. n. 74. & in authentica, niſi tricennale, n. 45. eod. tit. ita in Hiſpania uſu receptum eſſe, non obſtante d. l. 24. Part. aſſeverat Matienç. in l. 7. gl. 7. n. 7. tit. 11. l. 5. recopilat. Argel. d. art. 18. n. 34. cum ſeqq.

41 Sed ſi admitteretur diſtinctio, de qua ſupra n. 33. hæc opinionum contrarietas ſine difficultate conciliabitur: prima enim obtinet, ubi pater ut legiti-

mus adminiſtrator, alienavit nomine filii, cum ante finitam adminiſtrationem non oporteat inquirere de facto patris, an ſine neceſſitate diſtraxerit? argumen. to l. 2. l. rationes 14. C. de adminiſt. tutor. Galzanes. de tutel. l. 2. q. 26. n. 1. verſ. Quid procedit. Merl. ſep. l. 3. q. 2. n. 74. Rot. decif. 158. p. 1. in recent. 42 quare expectandum eſt, ut finiatur adminiſtratio, quod morte patris, vel aliâ ſoluta paternâ poteſtate contingit, de qua ſpecie tractari in d. l. 24. Partita diximus. Secunda verò, ſi pater rem filii, ut propriâ diſtrahat; nam cum fraudulenter ſe gerat, potius uſurpator, ac dilapidator cenſebitur, quam adminiſtrator; de quo in diſt. l. 1. C. de bon. mat. atque ideo permanente ipſa adminiſtratione, ac patria poteſtate non prohibetur filius tale factum revocare; argumento d. l. Imperator. Quam diſtinctionem comprobavit Rot. diſt. decif. 158. n. 2. dum ait, poſſe adminiſtratores, durante adminiſtratione, pro alienatis ex bonis, quæ adminiſtrat. conveniri, cum alienatio dolo facta eſt, non alias. Adhuc tamen ubi periculum eſt in mora, erit opinio Baldi practicanda, ut ſcilicet ſtatim poſſit filius alienata per patrem retractare indiſtinctè, quod etiam admittunt, qui contrarium tenent, ut dictum eſt ſupr. num. 39.

Verſ. Quod ſi patre vivente.

Filius, dum patriæ poteſtatis nexu abſolvitur, dimittit partem uſufructus adventitiorum bonorum patri aufert, d. l. cum oportet, ſ. Cum autem, C. de bon. qua lib. ſ. hoc quoque, Inſt. per quas perſ. nob. acq. Ant. Gom. in l. 48. Torr. n. 6. Lug. ſup. n. 24. Montalu. in l. 15. tit. 18. p. 4. Sanch. dub. 20. n. 1. niſi exeat per matrimonium; nam Eccleſiæ nuptialibus ſubſequitis benedictionibus, totum ſibi vindicat, d. l. 47. & 48. Tauri. Idem eſt, ſi per dignitatem liberetur Lug. Ant. Gom. ſup. Sanch. n. 4. & dub. 19. n. 2. Guttier. diſt. cap. n. 10. Greg. Lop. in d. l. 15. Partita, gloſſ. retener. Pinel. in d. l. 1. part. 1. num. 42.

Nullatenus per alienationem rei, in qua pater habet uſumfructum, ipſum amittit, neque conſolidatur proprietati; quia verum non eſt, uſufructuarium per ſui juris alienationem illo privari, & conſolidationi locum eſſe; imò alienatio valet omnino, juſque utendi, & fruendi in alium transfertur, ita tamen ut uſufructus reguletur juxta vitam, & perſonam ejus qui alienavit: l. arboribus 13. ſ. uſufructuarius, l. non vitur 45. l. cum uſufructus 74. ff. de uſufruct. Emman. Mend. in d. l. cum oportet. 2. p. n. 119. verſ. Mibi autem videtur, Felician. de cenſib. l. 2. c. 4. n. 4. Moil. in empor. jur. p. 1. tit. 6. de ſervitutib. q. 1. n. 4. 5. Argel. diſt. q. 8. art. 22. n. 5. Cedi autem uſufructus in jure non poteſt, niſi domino proprietatis, nam cedendo extraneo nihil agitur. ſ. finitur, Inſt. de uſufruct. quoniam per talem ceſſionem in jure, quæ quibusdam ſolemnibus peragebatur obſervantiis, res ceſſa penitus abdicabatur à cedente, & in alium transferebatur, & ſic opus erat; ut novus uſufructus conſtitueretur in perſona ejus, cui cedebatur; quod ſine conſenſu domini proprietatis fieri non poſſe, competentum eſt; Caſtill. de uſufruct. diſt. lib. 1. cap. 96. n. 10. & quoniam quaſi tum opinionum varietate, tum textuum oppoſitione eſt perdifficiliis, conſulendus erunt, Caſtill. ibi à n. 15. Pinel. in d. p. 3. à n. 37. ad. 40. ubi in ſpecie agit de patre alienate bona adventitia, in quibus uſumfructum habet; & nullo modo illum amittere reſolvit; accedit Valaſc. d. conſ. 69. n. 16. Quamvis communiter teneant DD. juſ ipſam uſufructus alienari nequire, ſed cõmoditate duxat.

Ex his colligitur, filio non competere actionem aliquam ad revocandam alienationem ratione conſolidationis, & amiſſionis uſufructus paterni.

45 Illud tamen certum eſt, quod ſi filiusſam. poſſet agere, cogereſt pater, ut docet D. Covarr. conſentire, ut in judicio ſtare valeret, aut judex, invito patre, ipſi autoritatem præſtaret, quod ſufficit, l. 4. tit. 3. l. 5. Recopilat. in qua id in uxore diſponitur, & ita ſentiunt Azeved. in l. 10. n. 23. tit. 17. lib. 4. Recopil. Joſeph. Ludovic. decif. 15. n. 20. & decif. 16. nu. 3. Bald. in l. fin. ſ. in computatione, n. 7. C. de jur. deliber. Greg. Lop. in l. 8. gloſſ. 4. tit. 29. part. 3. Regulariter enim filiusſam. abſque patris conſenſu in judicio ſtare non valet, Caſt. ſupr. c. 3. nu. 13. Argel. ſupr. q. 8. art. 20. n. 14. Vant. de nullitat. tit. ex inhabil. ſeu deſect. mand. num. 39. Menoch. de recuper. remed. 15. num. 305. Mol. diſputat. 228. nu. 10. Cevall. q. 327. Caball. milleloq. 146. Azeved. ſup. nu. 5.

46 Sed diſputatur an filioſam. ſtare in judicio, permittatur ſine patris conſenſu pro bonis adventitiis, in quibus uſufructus ad eum non pertinet? aſſirmant Caſtill. diſt. c. 69. n. 14. Tondut. reſolut. civit. c. 63. n. 6. Vant. ſup. nu. 41. Joſeph. Ludovic. diſt. decif. 13. n. 6. Gom. in ſ. actiones, n. 17. Inſt. de actionib. Palac. Rub. in rub. c. per veſtras, ſ. 42. nu. 9. de donat. inter. Aſſiſt. decif. 180. n. 3. Mendez, in l. cum oportet, part. 2. n. 134. C. de bon. quaerber. Becc. conſ. 97. n. 22. lib. 1. Barboſ. in l. 2. ſ. quod ſi in patris, nu. 19. ff. ſolut. matrim. Menef. in l. fratris, n. 12. C. de tranſact.

Sed contrarium verius eſt, prout defendunt Azeved. ſupr. n. 15. Mol. n. 11. Menoch. à n. 309. Specular. tit. de actor. ſ. 1. n. 22. Tiraquell. poſt leg. communib. gloſſ. 7. n. 10. Ruin. in l. 1. ſ. ſui queſitum, ff. ad Trebelian. n. 19. Marant. in praxi, diſt. 16. n. 18. Paz. in prax. tom. 1. temp. 2. n. 16. 17. Conſenſus enim patris non requiritur ob ejus intereſſe, ſed propter inhabilitatem perſonæ filioſam. Et aſſufficienter tacitus? vide Barboſ. in diſt. l. 2. ſ. fin. n. 17. 18. Caldas de reſolut. emphyteuſ. c. 11. n. 2. Tiraquel. ubi proximè n. 10. 16. In qua parte judicii ſit prætan duſ, vel ſi neceſſe eſt, ut præcedat? Barboſ. l. 3. n. 8. ff. ſolut. matrim. contrarias referit opiniones.

Sunt tamen multi caſus, in quibus abſque patris autoritate filius in judicio ſtare poteſt, veluti ad accuſandum, Azeved. n. 10. Jul. Clar. receptor. lib. 5. ſ. fin. q. 14. n. 5. Farinac. in prax. part. 1. q. 1. 2. n. 10. Aut ſi pater abſit, Molin. n. 15. Valaſc. à legat. 10. n. 7. Paz. n. 18. Idem in cauiſis ſuper bonis catrenſibus, aut quaſi, Paz, n. 18. Mol. n. 11. Menoch. n. 316. Vant. n. 41. Similiter in beneficialibus, ac ſpiritualibus, Palac. ſ. 42. nu. 10. Mol. nu. 13. Vant. nu. 41. Alios caſus referit Specular. d. tit. de actor.

Ad Num. 8.

47 Præſcriptio contra impeditum agere, non currit, l. C. de annal. except. Neguſant. p. 6. memb. 2. n. 2. n. 3. Guttier. allegat. 28. nu. 5. Gregor. Lop. in l. 10. gloſſ. 3. tit. 20. p. 4. Peruſ. decif. 31. nu. 19. Surd. decif. 151. nu. 4. Valaſc. conſul. 120. nu. 31. D. Larrea decif. Granatenſ. 49. n. 5. Pinel. in d. authentica, niſi tricennale, à n. 42. Cyriac. tom. 2. controverſ. 321. n. 71. Menoch. ſupr. n. 312. Valenquel. conſ. 33. n. 232. Garc. de nobilit. 12. nu. 30.

48 Hinc eſt, ut contra mulierem conjugatam bona dotalia non præſcribantur, in rebus 30. C. de jur. dot. l. 8. tit. 29. p. 3. ubi Gregor. Lop. gloſſ. 5. Bald. Novel. in tract. de dote, part. 8. colum. 2. & 5. Bald. p. 6. in princip. nu. 10. verſ. Decimo quinto, & nu. 14. v. Vigefimo, Palac. Rub. diſt. rubric. ſ. 27. n. 16. Azeved. in l. 4. nu. 13. tit. 3. lib. 5. Recopil. Tuſch. lit. P. concluſ. 525. à n. 55. Boer. q. 228. n. 12. Menoch. conſ. 88. nu. 47. Paz. in prax. tom. 1. tempor. 2. n. Faria addit, ad Covar. Tom. 1.

32. Mench. illuſtr. controverſ. cap. 60. à nu. 4. D. Latr. ubi ſupr. Barboſ. in d. l. 1. part. 5. n. 83. verſ. Denique ex prædictis, ff. ſol. mat. Gomez Vaio d. lib. 2. prax. queſt. 96. nu. 7. Quia matrimonio conſtante, nullam habet actionem, d. l. in reb. Pereg. decif. 44. per totam, Azeved. in d. l. 4. num. 15. D. Lar. ſupr.

Idem juris eſt in arris ſive donatis propter nuptias, Palac. Rub. in d. rubric. ſ. 17. n. 16. Azeved. in diſt. l. 4. n. 17. Paz. ubi proximè, Suar. in l. 1. limit. 1. tit. de las arras. lib. fer. (Sed præſcriptio incepta non interrumpitur, eſt res, quæ præſcribatur, deſertur in dotem, aut donationem propter nuptias, ſi fundum 16. ff. de fund. dotal. imò nec ſuſpeditur, Greg. Lop. ubi proximè, Balb. diſt. part. 1. ſexte principalis, caſ. n. 10. in principio, Azeved. n. 20. verſ. Secundo limitatur.) Cum enim mulier, matrimonio durante pro his rebus agere prohibeatur, ſicut pro dotalibus, l. ubi adhuc 29. C. de jur. dot. & notant ſupra laudati DD. & (quod ibi dicitur de donatione propter nuptias, de arris intelligi debet, quæ apud nos in locum illius ſuceſſerunt, l. 1. in fine, tit. 11. part. 4. Guttier. præſt. lib. 3. queſt. 43. n. 2. Palac. diſt. rubric. ſ. 23. Sanch. de matrim. libr. 6. diſp. de nu. 1. ei præſcriptio nocere non debet.

Ex quo deducitur, quod ſi maritus inops incipiat eſſe, ita ut mulier dotem ſuam repetere, nondum ſoluto conjugio, valeat, juxta diſt. l. ubi adhuc, l. ſi conſtante 2. ff. ſolut. mat. quia impedimentum ceſſat, præſcriptio procedet: diſt. l. in rebus; & diſt. l. 8. Bald. n. 10. 14. Maſcard. de probat. concluſ. 1153. n. 11. Azeved. ſep. nu. 17. Cevall. commun. q. 3. nu. 6. Gratian. in addition. ad decif. 15. Merl. de pignorib. lib. 5. queſt. 21. nu. 13. Neguſant. eod. tract. diſt. memb. 2. nu. 4. Quo caſu de jure Regio viri licentia opus non eſt, Paz diſt. temp. 2. nu. 41. Ant. Gom. d. l. 55. n. 3.

Quid de bonis aliis extra dotem, ſeu paraphernalibus dicendum ſit? ſub judice eſt. Sunt qui aſſirmant (& magis communiter) mulieri quoad hæc præſcriptionem officere, quoniam pro eis agere conſtante matrimonio non impeditur, impetrata à viro licentia, extortave judiciali præcepto, vel ab eodem Judice conceſſa, diſt. l. 47. Taur. quæ eſt l. 4. tit. 3. lib. 5. Recopil. Ita ſentiunt Guttier. d. diſt. allegat. 28. n. 7. Cifuent. in l. 5. Taur. in fine, Roder. Saur. ſtatim referendus, Joan. Faber in diſt. leg. 1. C. de bonis matern. Paz diſt. n. 32. Azeved. in diſt. l. 4. n. 18. 19. 20. Sed & contra præſcriptionem non currere in paraphernalibus bonis, docent Palac. Rub. in l. 55. Taur. n. 21. ubi Caſtill. gloſſ. ſin. verſ. Adde mulier, Pin. in d. aut. niſi tricennale, n. 40. cum ſeq. conſentiunt Roder. Xuar. in l. 3. tit. de las deudas, lib. 3. fori, & Paz diſt. n. 32. quando maritus ſævus eſt, ſolitusque in uxore animadvertere, quæ ſententia magis æquitati videretur convenire.

Cui non obſtat, quod illa regula: Ut impedito agere non currat præſcriptio; limitatur ab omnibus, quando impeditus poteſt obſtaculum removere; argumento c. ſin. de electio. & l. quibus diebus 40. ff. de condit. & demonſtrat. Barboſ. in l. cum noſſiſſimi, ſ. illud, n. 56. 57. C. de præſcript. 30. annor. Merl. d. queſt. 22. n. 9. Balb. p. 4. princip. q. 3. n. 8. Socin. Jun. con. 76. n. 79. lib. 1. Impedimentum enim non excuſat, nec tale dici proprie poteſt, cum eſt per impeditum amovibile, Bart. in l. ſed & per pratore, ſ. 2. ff. ex quib. cauſ. major. Menoch. conſ. 100. n. 116. 117. Parif. conſ. 67. n. 64. lib. 3. Cyriac. controverſ. 167. n. 10. tom. 1. Quod cum mulier poſſit facere, petita licentiâ ad agendum, à viro, vel à Judice, non eſt cur præſcriptio contra ipſam denegetur, l. 3. 4. 5. tit. 3. lib. 5. Recopil. Guttier. alleg. 28. n. 6. cum ſeqq. Azeved. d. l. 4. n. 30. Nam reſponderetur, limitationem prædictam veram eſſe, cum